



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

Perillustri ac Admodum Reverendo Generoso & Doctißimo Donato
Vincention Tabarelli De Fatis, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416



*Perillustri ac Admodum Reverendo
Generoso & Doctissimo*

DOMINO

DONATO VINCENTIO

TABARELLI DE FATIS, S.

R. I. Equiti DN: Iurisdictionis Nu-

mii ac Castri Viguli, SS. Theologiæ Au-

ditori Emerito, nec non Almæ Universi-

tatis Græcensis Principi Parthenio,

ex Archiducali DD. Convicto-

rum Græcensium

Collegio.

Dum Ius Canonicum publicè propugnaret, hæc

Collegæ sui Musarum appenderunt

Anathemata.

Habet Nobilitas, quam sangui-

ne metimur, ubi triumphet in pur-

pura: habet Virtus animi filia, neptis cor-

poris undè suam deducat profapiam: tu

verò utriusq; consanguineus, eorum eti-

am à Proavis genuinam traxisti imagi-

nem. Fuère Majores tui, à quibus secula

multa numeras, qui nobilissimum suum

Cc 5

in Te

in Te usq; diffuderunt sanguinem: nec
 contabuit, ut potè quem virtus animavit.
 Vidère præclara merita Tuorum Princi-
 pes; adjunxit Olivæ ramo Carolus Impe-
 rator Austriacus Laurum, ut Pax Genti-
 litia, eodem quo Cæsares ferro, coronare-
 tur. Tantùm pacis signa ubivis reperta
 æstimantur. Quin ultro stemmati tuo hæc
 impressit stigmata: *Magnanimo potuisse sat
 est*, quod ne elanqueret, calcar Majorum
 gloriæ aureum addidit, eosdemq; inter
 Sacri sui imperii Equites adscripsit; ut
 haberet Perillustris sanguinis, quò velo-
 ciùs metam Honoris assequeretur. Soli-
 daverat decus hoc equestre Cæsar, quin-
 tus quidem, tuis tamen Secundus; dum
 unius è majoribus Tuis extemporali sua-
 dæ Augustos suorum amplexuum fasces
 injecisset. Nec sagum cessit Togæ; cum
 alius verè secundus à primo nobilem su-
 um sine cœde probasset sanguinem, cum
 Ripam seditionibus ardentem urbem eo-
 dem sine strage restinxisset. Hinc bina-
 rum cassidum coronato vertici vigil in-
 cumbit Aquila; ut & Olivâ in pace & Lau-
 ro in Bello, Fama Tua quocunq; libuerit,
 pen-

pennas explicet. Commendat Te Nobilitas, non modo Baronum & Comitum, verum & Principum sanguine conjuncta, quæ ut justior sit virtus, adjungis Justitiam: quin jus acquiris in cœlum, ubi sacra Theinis suum imperium collocavit. Tanto Nobilior Tuus est sanguis, quanto magis sanguinem honorari refugis, virtutem appetis. De Fatis es, cum quibus minimè fœdus pepigisti, quod ut securior ageres, Astrææ inter sidera habitanti totus appropinquasti.

PANEGYRICON
ad eundem.

Quisquis per altos pennifer æeris
Subvæctus orbes despicit altior
Luxamq; semotosq; Phœbi
Imperio meliore crines:
Nec concitatas Oceani minas
Supplex veretur, tristeq; fulminis
Telum, coronatumq; rider
Nube diem, pluviosq; nimbos.
Pugnacis Austri; sed super arduos
Elatu ignes, regnaq; siderum.

Perambulaturus, severas
 Stellifero premit axe curas.
 Hic nec feracis gemmiferos petit
 Tritonis imbres, nec laquearibus
 Extollit auratis lacunar,
 Nec gravidis Erythraea conchis
 Arcana tentat: quin super aethere
 Flaventis Hermi despuit alveum:
 Nec divitem poturus amnem
 Ingreditur galeis Hydaspen.
 Non hunc columna, quas premit Africa
 Nemus recisum, non Cleopis rea
 Iam pyramis, non laureata
 Dedalei Cresiphontis ara,
 Non quod superbo Seres in ambitu
 Monstrat sepulchrum, nec truculentior
 Quae Cyrus admiratur intra
 Memnonios agitata luxus,
 Unquam movebunt. Stat super aethere
 Laudata Virtus, nec chlamydum croco
 Regnat, capillataq; dives
 Caesaria remoratur auram.
 Non hunc edaci cuspide sauciant
 Cura tenaces: ut vel Achillei
 Hastâ, vel obluctante parma
 Hectoreos meditetur ausus,

Vel

Vel fâma pennis plena fugacibus;
 Egressa summi tergora Caucafi,
 Et quâ rigenti torpet Vrsâ
 Quavè nitet Phario Canopo
 Stellatus ether; are loquacior
 Perfundat urbes. Hic nec adorea
 Vultus; reclinata sç ceris
 Effigies bigenasç saxo
 Vitas nepotum. Vix aliquos quies
 Secura novit. Volvitur arduo
 Fortuna curru; quin citato
 Prærapidis animata fatis
 Sors axe regnat. Perfida scilicet
 Spes in superbis urbibus ambulat,
 Iam prænat undososç fluctus
 Iamç humiles moderatur undas.
 Te bellicoso glôria vertice
 Altum coronet; te super arduas
 Vrbes deauratum superbo
 Fama loquax folio reponat.
 Tu vectus auro quadrijugos age
 Ad summa currus; donaçç fascium
 Surgant; & elata secures
 Per medias agitentur urbes.
 Huic sacra nullis otia fluctibus
 Concussa stabunt, non animi quies.

Cadet;

614.

Cadet, flagellatumvè sortis
Instabilis cruciabit aura.
Sed major ultra fulmina nubium
Emotus alis, jam nimium reos.
Reges & allatos tumultus,
Et miseras removebit aulas.
Adhuc honori protrahis invios
Tranare nimbos? & super effedo
Devectus insultante Fama
Per medias equitare nubes.
Fatisq; cedens fœdus adorea
Iam solus hæres per tumulos tuos
Vultum trahis, multumq; funus
Et cinerem numeras neporum.
Quo fax honoris funereo jacet
Sepulta luxu, vitaq; mortuis.
Afflata subsultat metallis
In veteres animata palmas.
Submitte pennas: atria Laureis
Fumosa coris, & laquearibus
Diffusa pendentemq; Famam
Et patrios meditare plausus.
Non una fulvo te vaga siderum
Cristalla nexu, quâ Leo percitas
In Virginis rugire plantas
Et socios petit ire gressus;

Altum

Altum repellant. Regna fugacibus
 Metire ventis, & minor aëre
 In patrios devectus ignes
 Attonitos specularè postes.
 Hic picta circum versicoloribus
 Stat pompa signis: hic furit. Aureo
 In stemma calcari superba
 Gloria, perdomitoq; cinctus.
 Honor tyranno pulvere: eques
 Insudat armis. Hinc placidam Favor
 Frontem coronatus, Fidesq;
 Ambrosium sine nube vultum
 Pulchroq; comptam vertice gloriam
 Blandum reducit. Quin violentior
 Ridente Libertas furore
 Per medios docet ire fluctus.
 Iam cerne passim nobile acinacis
 Pendere fulgur, jam jubar ensium,
 Quod decoloravere tristi
 Murice Martigena tuorum
 Dextra Nepotum. Prælia gloriam
 Funesta comunt, & furor artifex.
 Inglorium sudore ferrum
 Magnanimos liquat inter ignes.
 Fauustos Avorum cornua Bosphori
 Videre soles: tum chalybi vigil.

Lumen,

Lumen; pharetrataſq; claſſes;
 Et biſidos ſine luce nimbos;
 Ad laureatas faſcium adoreis
 Traxere ripas, qua tua cedrinis
 Sedem coronavit columnis
 Fama ſagi trabeata luxu.
 Tuos pudendo ſanguine decolor
 Miratus Iſter, quin Rhodani tumor
 Et Sequana & vindex pudici
 Qui thalami probat orta Rhenus.
 Tum ſtemma creſcit; cum ſeges hoſtium
 Calcata languet, tum generoſior
 Non erubescendo renidet
 Sanguine litigioſa virtus.
 Sed quid calenti remige Punicum
 Sulcamus equor; proraq; Martio
 Auditur immugire Ponto
 Et dubijs dare vela fatiſ.
 Non ſola laurus ſtemma minacibus
 Auguſtat umbris: ſuavius ag gravant
 Mites olivarum corona
 Pacificos ſine cæde crines.
 Seu cruda tinctis bella ſecuribus,
 Seu temperata gloria Palladis
 Arriſit innubi Nepotes
 Alloquio, placidamq; ſparſit
 In ſtem-

In stemma lucem, Sors venerabili
 Invetta curru flexit in obvias

Palmas, inæqualesq₃ turpis
 Invidia retroëgit ignes.

Et te furentis fulminis alitem,
 Libravit acres cum pharetras minax

Scelus, Promethidesq₂ livor
 Supposito genuere collo.

Huius sub umbra pennigera domo
 Non grandinum vis, non furor imbrium:

Laurusq₃ olivarumq₂ crines
 Nubivagâ temeravit undâ.

His tam decoris frondibus accubat
 Eidus Melampus; qualiter hospitam

Custos reclinatus per herbam
 Hesperidum cohibebat illex:

Limen sororum. Sola Nepotibus
 Transcribit æquo murice sanguinem

Virtus, & illæsis procaces
 Staminibus comitatur annos.

Iam rumpe præceps culmina siderum
 Alatoq₃ sulca remige nubium

Vndas, & eluctatus imbres
 Nubivagis vada crede ventis.

Heu quanta Avorum vita domesticis
 Agnata ceris, firmaq₃ marmoris.

618.

Aetas, & annosis honorum

Stigmatibus numerosa virtus:

Nec dumne carptis freno jugalibus

Ruptoq; gressum flectis ab athere,

Totusq; pendere & sereno

Solivagus petis ire coelo:

Te Fata Libra in regna fugacibus

Vexere pennis, dum rubicundior

Astræa subridens venustum

Explicuit sine fraude vultum.

**Eiusdem Collegii
Convictores.**



EL